

© Sydney Penner 2016

<328, col. a><sup>2</sup>

DE BONO SEU BONITATE TRANSCENDENTALI.

1. Haec est ultima proprietas simplex, quae enti  
attribuitur, de qua imprimis supponimus bonitatem  
esse: id enim tam certum et per se notum est, ut  
non indigeat probatione: nam et Scriptura dicit,  
5 vidisse Deum bonitatem in creaturis a se productis, 5R  
Genesis primo et Aristoteles dixit, bonum esse, quod  
omnia appetunt, 1. *Ethicorum* cap. 1. Unde, quam  
<col. b> est certum et experimento cognitum, esse  
in rebus naturalem inclinationem seu appetitum  
10 ad aliquid, tam est etiam notum, esse bonum, seu 10R  
bonitatem in rebus. Hoc ergo posito explicandum  
est, quidnam bonitas sit, et quotuplex, et quaenam  
illarum sit passio entis, et quomodo ad ipsum ens  
comparetur.

SECTIO 1.

QUID BONUM, SEU BONITAS SIT.

1. Cum bonum nomen sit connotativum, seu de-  
nominativum, hic non inquirimus, quid illud sit,  
quod bonum denominatur: nam certum est, illud  
in communi loquendo, esse ens, quod natura seu  
5 ratione bonum antecedit, ut in superioribus dictum 5R  
est, et ex sequentibus magis constabit, sed inquir-  
imus, quaenam sit illa forma seu ratio, a qua res

ON TRANSCENDENTAL GOOD OR GOODNESS.

This is the last simple property attributed to being. With re-  
spect to it we assume in the first place that there is goodness.  
This is so certain and self-evident that it does not require  
proof. For both the Scriptures say that God saw goodness  
in the creatures made by him (Genesis 1[:31]) and Aristotle  
says that the good is what all things desire (*Nicomachean  
Ethics* I, ch. 1). Hence, just as it is certain and cognized  
through experience that there is in things a natural incli-  
nation or appetite for something, so also it is known that  
there is good or goodness in things. Having posited this, it  
remains to explain what goodness is, its kinds, and which of  
those kinds is an attribute of being and how it is related to  
being itself.

SECTION 1.

WHAT GOOD OR GOODNESS IS.

1. Since 'good' is a connotative or denominative name, we are  
not here inquiring into what that is which is denominated  
good. For it is certain that, commonly speaking, it is being  
that precedes good by nature or by *ratio*, as was said above  
and will be made more clear in what follows. But we are  
inquiring into what that form or *ratio* is according to which  
5R a thing is denominated good. There is the same variety of

<sup>1</sup>Latin text . . . by and large follows the 1597 edition, with most abbreviations expanded and spellings modernized. Punctuation kept as is. I checked the text against the Vivès edition for significant variations. For recorded variants, A = 1597 edition and V = Vivès edition. Note that the Vivès edition does not have marginal notes; many, though not all, of the marginal notes from the 1597 edition are included in the Vivès edition as italicised text at the head of paragraphs.

<sup>2</sup>Numbers in angle brackets indicate page numbers in the Vivès edition for ease of reference, given that it is the most widely used edition.

bona denominatur. In qua explicanda eadem est  
varietas opinionum, quae in caeteris passionibus  
entis.

10 2. Prima opinio ait, bonitatem non dicere ali-  
quam rationem realem, sed solum relationem ratio-  
nis convenientiae unius ad alterum. Quae opinio  
indicatur a Capreolo 2. dist. 34. q. 1. et in hunc  
15 modum explicatur. Nam bonitas, ut ex ipsa voce  
et ex communi modo concipiendi constat, non ad-  
dit enti aliquam rationem privativam, quia privatio  
potius dicit carentiam perfectionis seu bonitatis:  
dicit ergo positivam rationem. Rursus, non dicit  
20 formaliter ipsam rationem entitatis, tum quia haec  
duo diversis conceptibus ac definitionibus a nobis  
conciipiuntur et explicantur, tum etiam, quia alias  
bonitas non esset proprietas entis, sed potius voces  
illae essent synonymae. Neque etiam bonitas potest  
25 in suo conceptu includere entitatem, et aliquid illi  
addere, quia proprietas non includit intrinsece in  
conceptu suo naturam seu essentiam sui subiecti.  
Necesse est ergo ut bonitas dicat aliquid superad-  
ditum enti: sed hoc non potest esse aliquid reale:  
30 quia ut supra late ostensum est de passionibus en-  
tis in communi, enti reali ut sic non potest addi  
aliqua ratio realis non solum ex natura rei, verum  
nec ratione distincta, quae sit passio eius. Item  
quia nec talis ratio potest esse absoluta, nec rela-  
35 tio realis, ut infra probabimus: ergo solum addere  
potest bonum supra ens, aliquid rationis, quod non  
potest esse, nisi praedicta relatio convenientiae. Qui  
discursus videtur esse D. Thomae q. 1. *De veritate*  
art. 1. et q. 21. art. 1. Et confirmari potest quia  
40 bonum et appetibile in re idem sunt, quamvis his  
<329> nominibus non idem respectus significetur:  
nam appetibile dicit formalem denominationem ab  
appetitu, vel respectum ad illum: bonum autem  
non id dicit formaliter, sed id, quod ex parte obiecti

opinions in explaining this as with the other attributes of  
being.

10R 2. The first opinion says that goodness does not express  
some real *ratio* but only a conceptual relation of agreeability  
of one thing to another. Capreolus mentions this opinion in  
II, dist. 34, q. 1. It is explained in this way: For goodness,  
as is clear from the word itself and from the way it is com-  
15R monly conceived, does not add any privative *ratio* to being,  
because privation rather expresses a lack of perfection or  
goodness. Therefore, it expresses a positive nature. Again,  
goodness does not formally express the *ratio* itself of entity,  
both because we conceive and explain these two with dif-  
20R ferent concepts and definitions, and also because otherwise  
goodness would not be a property of being but rather the  
two words 'being' and 'good' would be synonymous. Neither  
can goodness include entity in its concept and add some-  
thing to it, since a property does not intrinsically include  
25R the *ratio* or essence of its subject in its concept. It is nec-  
essary, therefore, that goodness express something added  
to being. But this cannot be something real, because, as  
was shown extensively above concerning the attributes of  
being in general, to real being as such no real *ratio* that is an  
30R attribute of it can be added, whether distinct *ex nature rei* or  
even only conceptually distinct. Also, because such a *ratio*  
can neither be something absolute nor a real relation, as we  
will prove below. Therefore, good can only add something  
conceptual to being, which cannot be anything other than  
35R the aforementioned relation of agreeability.

This line of thinking seems to belong to St. Thomas in  
*On Truth*, q. 1, art. 1 and q. 21, art. 1. It can, moreover, be  
confirmed because goodness and desirability are the same  
in reality, even though these names do not signify the same  
respect. For desirability expresses a formal denomination  
from appetite or a respect to it; good, however, does not  
express that [respect] formally but rather expresses that  
40R which on the part of the object is the foundation of such a

45 est fundamentum talis denominationis, seu habi-  
 tudinis: propter quod haec causalis vera est, quia 45R  
 bonum est, est appetibile. Sed omnis res appetitur,  
 propter convenientiam, quam habet cum appetente:  
 amat enim unusquisque, quod conveniens est: ergo  
 50 ratio boni in hac ratione convenientiae consistit:  
 haec autem ratio convenientiae non est nisi relatio, 50R  
 ut ipsa vox prae se fert: et explicari potest, quia res  
 eadem quoad omnia absoluta huic est conveniens,  
 illi disconveniens, ut calor est conveniens igni, et  
 55 disconveniens aquae: ergo consistit convenientia in  
 relatione, et non reali, ut ostendemus: ergo rationis. 55R

*Bonitas non est relatio rationis.*

3. Sed nihilominus haec opinio virtute improbata  
 est in superioribus, quoad duo. Primum quod neget,  
 has passiones entis includere in conceptu suo for-  
 mali et intrinseco entitatem, quod tam in communi,  
 5 quam in singulis supra tractatis ostendimus esse 5R  
 falsum, et in praesenti videtur manifestius: nam  
 quod entitatem non includit, nihil est: quis autem  
 concipiat bonitatem esse nihil, cum illa trahat ap-  
 petitum, et rationem causae finalis habere dicatur,  
 10 et sit ipsa perfectio rei, vel integra, vel ex parte ut 10R  
 explicabimus? Unde D. Thomas 1. p. q. 48. art. 5.  
 dicit, bonum per se et principaliter consistere in  
 perfectione: perfectio autem sine entitate, neque  
 intelligi potest. Unde Augustinus lib. 1. *De doctrina*  
 15 *Christiana* cap. 32. ait, quod *in quantum sumus,* 15R  
*boni sumus.* Secundum est, relationem rationis esse  
 passionem entis, nam loquendo proprie de relatione  
 rationis, prout dicit aliquid mente confictum, et

denomination or habitude.<sup>3</sup> On account of that the following  
 causal [claim] is true: Because it is good, it is desirable. But  
 every thing is desired on account of the agreeability which  
 it has with the one desiring. For each one loves what is  
 agreeable. Therefore, the *ratio* of good consists in this *ratio*  
 of agreeability. Moreover, this *ratio* of agreeability is nothing  
 but a relation, as the very word shows through itself. And it  
 can be explained because the very same thing with respect  
 to everything absolute is agreeable to this and disagreeable  
 to that, as heat is agreeable to fire and disagreeable to water.  
 Therefore, agreeability consists in a relatio. Moreover, it does  
 not consist in a real relation, as we will show, [so it must]  
 therefore [consist in] a conceptual one.

*Goodness is not a conceptual relation.*

3. But this opinion, however, has been implicitly disproven  
 above in two ways. First, because it denies that these at-  
 tributes of being include entity in their formal and intrinsic  
 concepts, which we showed to be false as much in general as  
 in the individual cases discussed above. It seems even more  
 obvious in the present case. For what does not include entity  
 is nothing. But who would conceive goodness to be nothing,  
 when it draws desire and is said to have the *ratio* of a final  
 cause and is the very perfection of a thing, either wholly or  
 in part, as we will explain? Hence, St. Thomas, in *ST Ia.48.5,*  
 [co.], says that good consists essentially and principally in  
 perfection.<sup>4</sup> But perfection without entity is unintelligible.  
 Hence, Augustine says in *On Christian Doctrine I, ch. 32,*  
 that ‘insofar as we are, we are good’.

Second, [because it holds that] a conceptual relation is  
 an attribute of being. For, speaking strictly speaking about  
 conceptual relations as they express something fabricated  
 by the mind and added, as it were, to things, we showed this

<sup>3</sup>I am using ‘habitude’ as a placeholder translation for *habitudo* (rather than translating it with ‘relation’, as Garcia and Davis do), since it is pretty clear from *DM XLVII* that Suárez at least some of the time makes a distinction between *habitudo* and *relatio*. My ‘habitude’ should be taken in the archaic usage found in, e.g., Locke and Berkeley; cf. the second definition in the entry in the *OED*.

<sup>4</sup>I reply that bad, as was said above, is the privation of good, which consists principally and essentially in perfection and actuality’ (*Respondeo dicendum quod malum, sicut supra dictum est, est privatio boni, quod in perfectione et actu consistit principaliter et per se*).

20 quasi additum rebus, ostendimus id esse falsum, 20R  
 et in praesenti evidenter etiam constat. Primo quia,  
 ut Aristoteles docet 6. *Metaphysicae* in fine, Bonum  
 est in rebus, et in hoc distinguit illud a vero, non  
 Augustinus. est ergo formaliter sola relatio rationis. Deinde quia  
 25 ut ex Augustino, lib. *De natura boni* cap. 3. trac- 25R  
 tat D. Thomas 1. p. q. 5. art. 5. *Bonum consistit in*  
*modo, specie, et ordine*, quod etiam infra expone-  
 mus: haec autem non sunt conficta per intellectum,  
 sed in rebus ipsis existunt: ergo neque ratio boni.  
 Item, quia haec est differentia inter verum bonum,  
 30 et apparens, <col. b> quod apparens solo intellectu 30R  
 fingitur, et apprehenditur, verum autem bonum in  
 re ipsa subsistit, et ante omnem fictionem intellec-  
 tus supponitur: unde de Deo dicitur; *vidit omnia*  
*quae fecerat, et erant valde bona*, at non vidit in eis  
 35 relationem rationis, non ergo consistit bonitas in 35R  
 ficta relatione neque haec ad illam requiritur.

4. Sunt vero, qui dicant, quamvis aliquae re-  
 lationes rationis tales sint, quae a fictione et cogi-  
 tatione intellectus pendeant, ut relationes generis, 40R  
 40 vel speciei, alias vero esse quae sunt in rebus ipsis  
 absque cogitatione intellectus, ut relatio creatoris  
 vel domini in Deo. Sed hi vel aequivoce loquuntur  
 de relationibus, vel in verbis involvunt repugnan-  
 tiam. Quomodo enim in rebus ipsis sunt ante opus 45R  
 45 rationis, si relationes rationis esse dicuntur? Aut  
 in quo differunt a relationibus realibus, si sunt  
 subiective in rebus, et non tantum obiective in in-  
 tellectu? Nec illae denominationes creatoris aut  
 domini prout intelliguntur antecedere cogitationem 50R  
 50 intellectus sumuntur a relationibus rationis, de quo  
 alias. Adde, qualiscumque haec relatio fingatur,  
 non posse in ea rationem bonitatis consistere, quod  
 magis constabit ex his, quae de relatione reali dice-  
 mus. Fundamentum autem huius sententiae ad 55R

to be false and it obviously remains true in the present case.  
 First, because, as Aristotle teaches at the end of *Metaphysics*  
 VI, good is in things, and in this he distinguishes it from the  
 true. Therefore, it is not formally a mere conceptual relation.  
 Also, because St. Thomas says in *ST Ia.5.5*, [s. c.], drawing  
 on ch. 3 of Augustine's *On the Nature of the Good*, that 'good  
 Augustinus. consists in mode, species, and order' (which we will explain  
 below). These, however, are not fashioned through the intel-  
 lect, but exist in things themselves. Therefore, neither is the  
*ratio* of good [fashioned through the intellect]. Likewise, be-  
 cause the difference between true good and apparent [good]  
 is this: the apparent good is only imagined and apprehended  
 by the intellect, but the true good subsists in reality itself  
 and is assumed prior to every imagination of the intellect.  
 Hence, it is said of God: 'He saw all the things which he  
 had made and they were very good'.<sup>5</sup> But he did not see  
 a conceptual relation in them. Therefore, goodness does  
 not consist in a fashioned relation nor is this required for  
 goodness.

4. But there are those who say that although some  
 conceptual relations are such that they depend on the fash-  
 ioning and thinking of the intellect (for example, the relations  
 of genera and species), others are such that they are in the  
 things themselves apart from the intellect's cogitation (for  
 example, the relation of being creator or lord in God).

But these people are either speaking equivocally or are  
 involved in a contradiction of words. For how can they be in  
 the things themselves before the work of reason if they are  
 said to be conceptual relations? Or how do they differ from  
 real relations if they are in things as in a subject and not just  
 in the intellect as its objects? Nor are these denominations of  
 'creator' or 'lord' insofar as they are understood to precede the  
 thinking of the intellect taken up from conceptual relations  
 ([we will talk] about this elsewhere). In addition, however this  
 relation is fashioned, the *ratio* of goodness cannot consist in  
 it. This will become clearer from what we will say about real  
 relations. Moreover, the foundation of this opinion at most

<sup>5</sup>Genesis 1:31.

55 summum probat, bonum praeter totam intrinsecam rei entitatem connotare aliquid aliud extrinsecum, seu denominationem sumptam ex consortio plurium, praesertim, quando una res dicitur bona alteri, ut infra declarabimus.

*Bonitas non est relatio realis.*

5. Secunda sententia ponit, rationem bonitatis in aliqua relatione reali superaddita enti consistere. Quae opinio fundanda ac declaranda est sumpto principio contra praecedentem sententiam probato, bonitatem consistere debere in ratione aliqua reali: nam illud non potest esse mere absolutum, ut probat satis argumentum factum, quod eadem res respectu unius sit bona, et respectu alterius mala: erit ergo relatio realis. Quae sententia tribuitur Durando in 2. dist. 34. q. 1. Sed cum Durandus in aliis etiam rebus neget proprias relationes reales, alia est in praesenti mens eius, ut infra videbimus. Cuiuscumque autem sit illa sententia, manifeste falsa est. Quod eisdem argumentis, quibus de veritate id probavimus, cum proportionem applicatis hic ostendi potest. Primo, quia Deus ab aeterno bonus est bonitate transcendentali communi <330> tribus personis, et tamen in eo nulla est relatio realis communis tribus personis. Secundo, quia calor, ubicumque existat, habet totam suam bonitatem, etiamsi ignis non existat, neque aliquod aliud subiectum, cui conveniens sit calor: ergo, et tunc non habet relationem realem convenientiae: ergo non consistit bonitas in hac relatione. Tertio, etiam quando calor existit in igne, vel iustitia in homine, non est bonum eius propter relationem realem: nam hoc ipso, quod talis forma per suam entitatem absolutam informat tale subiectum, est bonum et perfectio eius, praecisa omni insurgente relatione, vel secundum realem du-

60R

proves that 'good', besides connoting the whole intrinsic entity of a thing, also connotes some other extrinsic thing or a denomination taken up from the conjunction of multiple things, especially when one thing is said to be good for another, as we explain below.

*Goodness is not a real relation.*

5R

5. The second opinion posits that the *ratio* of goodness consists in some real relation added to being. This opinion is to be supported and declared by assuming the principle proven against the previous view, [namely, that] goodness must consist in some real *ratio*. For the former [i.e., goodness] cannot be simply absolute, as is sufficiently proven by the argument that was made from the fact that the same thing with respect to one thing is good and with respect to another is bad. Therefore, it will be a real relation. This view is attributed to Durandus, II, dist. 34, q. 1. But since Durandus also denies proper real relations in other things, he means something different in the present case, as we will see below.

10R

15R

Moreover, this view is obviously false regardless to whom it might belong. The same arguments by which we proved this concerning truth can show this, when applied proportionally. First, [it is false] because God is good from eternity by a transcendental goodness common to the three persons [of the Trinity] but there is in him no real relation common to the three persons.

20R

Second, because heat has all its goodness whenever it exists, even if neither fire nor any other subject to which heat is agreeable exists. Therefore, heat also does not have a real relation of agreeability in that case. Therefore, [its] goodness does not consist in this relation.

25R

Third, even when heat exists in fire or justice in a human being, they are not their good on account of a real relation. For they are their good and perfection simply in virtue of the fact that such a form through its absolute entity informs such a subject, apart from any relation that arises, whether

9 tribuitur] attribuitur V.

30 rationem, si revera nulla est talis relatio, vel secun-  
 dum intellectum, et naturae ordinem: prius enim  
 natura sunt talia extrema secundum suas entitates  
 et perfectiones absolutas, quam inter ea insurgat  
 35 relatio. Quarto, quia, vel relatio illa realis dicit per-  
 fectionem, et entitatem realem, vel non. Si non dicit  
 (ut multi existimant) aliquam perfectionem realem,  
 quomodo potest esse bonitas alicuius rei, cum boni-  
 tas perfectionem dicat? Si autem dicit perfectionem,  
 40 ergo et bonitatem: dicit ergo realem relationem con-  
 venientiae, et illa relatio erit eius bonitas: et sic  
 procedetur in infinitum, quod argumentum vulgare  
 est in relationibus. Vel si illa relatio est conveniens  
 et bona absque tali relatione convenientiae, idem  
 45 facillime intelligi poterit in quacumque forma, vel re  
 absoluta.

*Bonitas nihil absolutum dicit in re distinctum ab en-  
 titate.*

6. Tertia sententia est, bonitatem dicere quamdam  
 proprietatem absolutam ac realem superadditam  
 enti, et ex natura rei seu formaliter distinctam ab  
 illo, quae sententia tribuitur Scoto in 1. dist. 3. q. 3.  
 5 et aliis locis, quae supra tractata sunt, et videre licet  
 in Capreolo 2. dist. 34. q. 1. Et potest probari ex  
 dictis sufficienti enumeratione, quia bonitas oportet  
 ut sit aliquid reale, et non potest esse relatio: ergo  
 debet esse absolutum. Et ut sit proprietatis oportet  
 10 ut in re aliquo modo distinguatur. Sed contra hanc  
 sententiam procedunt omnia, quae in communi de  
 passionibus entis, et in particulari de unitate, et  
 veritate dicta sunt. Et praeterea, ut clarius in prae-  
 senti falsa esse intelligatur, distinguere possumus,  
 15 dupliciter ens aliquod dici bonum, uno modo abso-  
 lute et in se, scilicet, quia in se bonum est, quomodo

30R according to real duration (if there really is no such relation)  
 or according to the intellect and order of nature. For such  
 relata (*extrema*) according to their entities and absolute per-  
 fections are prior in nature to a relation that arises between  
 them.

35R Fourth, because either that real relation expresses real  
 perfection or entity or not. If, as many think, it does not  
 express some real perfection, how can it be the goodness  
 of some thing when goodness expresses perfection? But  
 if it expresses perfection, then it also expresses goodness.  
 40R Therefore, it expresses a real relation of agreeability and that  
 relation will also be its goodness. And thus one proceeds to  
 infinity. This argument is common with relations.<sup>6</sup> Or, if that  
 relation is agreeable and good apart from such a relation of  
 agreeability, the same could very easily be understood in the  
 45R case of any absolute form or thing.

*Goodness expresses nothing absolute that is really distinct  
 from entity.*

6. The third view is that goodness expresses a kind of  
 absolute and real property added to being that is *ex natura  
 rei* distinct from the latter. This view is attributed to Scotus  
 in I, dist. 3, q. 3, and in other places that were treated above.<sup>7</sup>  
 5R It may also be seen in Capreolus in II, dist. 34, q. 1. It can be  
 proven from what was said by a sufficient enumeration. For  
 goodness must be something real and it cannot be a relation.  
 Therefore, it must be something absolute. And in order to be  
 a property, it must be distinguished in reality in some way.  
 10R But everything that was said about the attributes of  
 being in general and about unity and truth in particular goes  
 against this view. Furthermore, in order to better understand  
 what is false in the present case, we can distinguish two  
 ways in which some being can be called good. In one way  
 15R absolutely and in itself, namely, because it is good in itself  
 in the way that God is called good or a human being is called

<sup>6</sup>Cf. *DM* 47.4.7.

<sup>7</sup>*DM* 3.1.2.

dicitur Deus bonus, aut homo bonus. Alio modo dic-  
 itur aliquid bonum, <col. b> quia alteri bonum est,  
 quomodo virtus dicitur esse bona, quia bonum facit  
 20 habentem, et sic ait D. Thomas q. 21. *De veritate* art. 20R  
 1. *bonum dicere rationem perfectivi alterius*. De qua  
 distinctione statim plura dicemus. Res ergo, quae  
 dicitur bona alteri, non potest denominari bona ab  
 aliquo modo reali et absoluto ex natura rei distincto  
 25 ab entitate eius; quia huiusmodi res praecise conce- 25R  
 26 pta in sua entitate, ratione illius est conveniens  
 ei, cui bona dicitur, ut sanitas per seipsam et non  
 ratione alicuius modi superadditi, est conveniens  
 animali, et virtus aut scientia ex eo praecise quod  
 30 virtus et scientia est, est conveniens homini: omnino 30R  
 31 ergo fictum est ponere in huiusmodi formis modos  
 superadditos, quibus bonae sint: praescindamus  
 enim per intellectum talem modum, et considere-  
 mus in scientia solam essentiam eius, et inveniemus  
 35 illam convenientem, valdeque proportionatam hu- 35R  
 36 mano intellectui. Et similiter forma ex eo praecise  
 quod forma est, est bona et conveniens materiae, et  
 sic de aliis. Adde, hic etiam habere locum argumen-  
 tum illud, quod de illo modo superaddito interrogari  
 40 poterit, an sit conveniens alteri necne: nam si con- 40R  
 41 veniens non est, quomodo forma illo modo affecta  
 ratione illius potest esse conveniens? Si autem  
 etiam ille modus conveniens est per seipsum (ne  
 ulterius et in infinitum progrediamur) etiam forma  
 45 ex vi suae essentiae, seu differentiae ultimae per 45R  
 46 seipsam poterit esse conveniens.

7. Et hinc facile intelligitur, in re, quae bona dic-  
 itur in se et absolute, etiam esse confictum modum  
 illum. Aut enim res dicitur bona essentialiter, aut  
 50 accidentaliter, quomodo dicitur bonus homo stu- 50R  
 51 diosus. Hoc posteriori modo est quidem bonitas  
 aliquid distinctum ab ipsa re, quae denominatur  
 bona, ut sanitas est distincta a sano, et pulchri-  
 tudo a pulchro: unde interdum est modus rei sic

good. Something is called good in the second way when it  
 is good for something else, in the way that virtue is said to  
 be good because it makes the one who has it good. In this  
 way St. Thomas says in *On Truth*, q. 21, art. 1, that good  
 expresses a *ratio* perfective of another.

We shall immediately say more about this. The thing  
 that is said to be good for something else, then, cannot be  
 denominated good from some real and absolute mode that  
 is *ex natura rei* distinct from its entity, because a thing of  
 this kind when conceived precisely in that entity by reason  
 of which it is agreeable to that other thing is said to be good  
 for it. For example, health is agreeable to an animal in itself  
 and not by reason of some mode added to it, and virtue or  
 science are agreeable to a human being precisely from their  
 being virtue or science. It is, therefore, entirely fictitious to  
 posit added modes to these forms by which they are good.  
 For if we prescind from such a mode through the intellect  
 and we consider in science only its essence, we shall also  
 find it agreeable and very proportional to the human intellect.  
 Likewise, form is good for and agreeable to matter precisely  
 from the fact that it is form. Likewise in other cases.

Let us add that the argument about that added mode  
 also has a place here. One could ask about the mode whether  
 it is agreeable to another or not. For if it is not agreeable,  
 then how can the form affected by that mode be agreeable  
 by reason of it? But if that mode is also agreeable through  
 itself (lest we proceed further and to infinity), the form could  
 also be agreeable in virtue of its own essence or ultimate  
 difference.

7. And from this it is easily understood that in a thing  
 which is said to be good in itself and absolutely, that mode  
 has also been constructed. For the thing is said to be good ei-  
 ther essentially or accidentally (in the way in which someone  
 studious is said to be good). In the second way, goodness  
 is indeed something distinct from the thing itself that is de-  
 nominated good, as health is distinct from what is healthy  
 and beauty from what is beautiful. Hence, sometimes it is

55 affectae ut figura, interdum vero est entitas addita  
 alteri enti ad perficiendum illud, ut scientia additur  
 intellectui. Non tamen est haec bonitas, quam nunc  
 consideramus, quia talis bonitas respectu illius en-  
 60 tis cui accidit, non est intrinseca passio entis, sed  
 est quoddam accidens eius: unde non est bonitas  
 transcendentalis, sed potest dici bonitas formalis,  
 vel materialis, vel obiectiva, vel alia similis iuxta  
 varios respectus convenientiae, quos una res potest  
 ad alteram habere. Nisi forte consideretur illa boni-  
 65 tas respectu ipsiusmet rei vel formae, quae bona  
 alteri dicitur, de <331> qua iam dictum est: vel  
 respectu totius constituti per illam, quomodo est  
 intrinseca pars entitatis eius, sicut forma est intrin-  
 seca pars compositi, et dici potest quoddam bonum,  
 70 vel bonitas eius, et sic iam pertinet ad bonitatem es-  
 sentialem illius constituti ut sic. De hac ergo etiam  
 est evidens non posse addere modum intrinsecum et  
 absolutum ex natura rei distinctum ab entitate rei:  
 quia bonitas totius non est, nisi quae consurgit ex  
 75 bonitate partium: sed ostensum est, bonitatem for-  
 mae non addere aliquid intrinsecum ultra formam,  
 et consequenter nec bonitatem materiae supra ma-  
 teriam, nec bonitatem unionis supra unionem, ergo  
 nec bonitas compositi addet aliquam proprietatem  
 80 distinctam supra totam entitatem compositi ut sic.  
 Et declaratur applicando argumentum factum: nam  
 praecisa illa proprietate manent in illo composito  
 tota bonitas materiae, et formae, inter se unitae:  
 ergo et bonitas compositi. Quod si neque in ente  
 85 composito bonitas addit illum modum, neque etiam  
 in ente simplici quod ordinatur ad aliud componen-  
 dum: evidenter infertur, etiam in substantiis simpli-  
 cibus bonitatem substantialem seu essentialem vel  
 transcendentalem nihil intrinsecum addere entitati  
 90 earum, est enim eadem vel maior ratio: quia haec  
 entia sunt et simpliciora et perfectiora.

55R a mode of a thing thus affected (for example, figure), but  
 sometimes it is an entity added to another being in order to  
 perfect it (for example, science added to an intellect).

60R But this is not the goodness that we are now consider-  
 ing, since with respect to the being in which such goodness  
 happens to fall it is not an intrinsic attribute of that being.  
 Rather, it is a kind of accident of it. Hence, it is not transcen-  
 dental goodness, but rather may be called goodness that is  
 formal or material or objective or something else like that,  
 according to the various respects of agreeability that one  
 thing can have to another. Unless, perhaps, that goodness  
 65R is considered with respect to the very thing or form that is  
 said to be good for another (which was already discussed), or  
 with respect to the whole constituted through it. In the latter  
 way, goodness is an intrinsic part of its entity, just as a form  
 is an intrinsic part of the composite and can be said to be a  
 kind of good or goodness of it. Thus it already belongs to the  
 70R essential goodness of what is constituted as such.

75R Concerning this goodness, then, it is also evident that  
 it cannot add an intrinsic and absolute mode that is *ex*  
*naturae rei* distinct from the entity of the thing, since the  
 goodness of the whole is nothing other than what arises  
 from the goodness of the parts. But it was already shown  
 that the goodness of a form does not add anything intrinsic  
 beyond the form. Consequently, neither does the goodness  
 of matter add anything intrinsic beyond the matter nor the  
 80R goodness of a union anything beyond the union. Therefore,  
 neither does the goodness of the composite add any distinct  
 property beyond the whole entity of the composite as such.  
 This is shown by applying the argument already made. For,  
 prescinding from that property, the whole goodness of the  
 matter and of the form that are united to each other remains  
 in the composite. Therefore, the goodness of the composite  
 also [remains]. But if goodness does not add that mode  
 either to a composite being or even to a simple being that is  
 85R ordered to composing another being, it is obviously inferred  
 that substantial or essential or transcendental goodness  
 also does not add anything intrinsic to the entity of simple  
 90R

8. Et hinc a fortiori impugnatur opinio, quam  
 refert Soncinas 4. *Metaphysicae* q. 19. quae as- 95R  
 serebat, bonitatem hanc transcendentalem esse  
 accidens quoddam vere ac proprie pertinens ad  
 95 praedicamentum qualitatis. Quod est evidenter  
 falsum, tum quia praedicatum transcendens non  
 potest ad unum genus limitari, tum etiam quia un- 100R  
 aquaeque res per seipsam bona est, quod non solum  
 in Deo est certissimum, sed etiam in aliis entibus,  
 ex discursu facto. Nam anima verbi gratia praecise  
 ratione suae substantiae aliquid perfectionis habet, 105R  
 et bona est ac conveniens homini, et appetibilis ab  
 ipso, et idem est in quantitate, et in qualitibus  
 105 ipsis: nam in singulis speciebus est propria bonitas  
 ac perfectio, unde bonitas non constituit proprium  
 qualitatis genus, vel speciem, alioqui una qualitas  
 per aliam bona esset, quod est ridiculum: maxime  
 cum eadem qualitas possit esse bona uni, et mala  
 110 alteri.

*Bonitas absolute non consistit in perfectione reali en-  
 tis.*

9. Est ergo quarta sententia, bonitatem nihil aliud  
 dicere, quam intrinsecam rei per- <col. b> fec-  
 tionem quae absoluta est in absolutis, et relativa  
 in relativis. Unde fieri videtur consequens, bonum  
 5 nihil aliud esse quam ipsum ens, quatenus in se  
 aliquid perfectionis habet. Haec opinio tribuitur  
 Hervaeo *Quodlibet* 3. q. 2. ibi tamen magis sentit  
 bonitatem dicere entitatem, quatenus est perfectiva  
 alterius, seu quatenus ad alterius perfectionem or-  
 10 dinatur, quam ut in se habet perfectionem aliquam,  
 de quo sensu infra dicam. Aliter ergo potest expli-  
 cari haec opinio, quod bonitas uniuscuiusque rei sit  
 illa perfectio, qua unaquaeque res in sua entitate

substances. In fact, the argument is as strong or stronger  
 [in this case], since these beings are both more simple and  
 more perfect.

8. From here the opinion to which Soncinas refers in  
*Metaphysics* IV, q. 19—which asserts that this transcenden-  
 tal goodness is a certain accident that truly and properly  
 belongs to the category of quality—is *a fortiori* challenged.  
 That view is evidently false, both because a transcendental  
 predicate cannot be limited to one genus and because each  
 thing is good through itself. This is not only most certain  
 in the case of God but also in the case of other beings from  
 the reasoning given. A soul, for example, precisely by rea-  
 son of its substance, has something of perfection and is  
 good and is agreeable for and desirable to a human being.  
 The same is true with quantity and with the qualities them-  
 selves. For there is a proper goodness and perfection in  
 each species. Hence, goodness does not constitute a proper  
 genus or species of quality. Otherwise, one quality would be  
 good through another quality, which is laughable, especially  
 since the same quality can be good for one thing and bad for  
 another.

*Goodness absolutely does not consist in a real perfection of  
 being.*

9. There is, then, the fourth view that goodness expresses  
 nothing other than the intrinsic perfection of a thing, a  
 perfection that is absolute in absolute things and relative  
 in relative things. From this it seems to follow that good is  
 nothing other than the being itself insofar as it has something  
 5R of perfection in itself. This opinion is attributed to Hervaeus  
 in *Quodlibets* III, q. 2. Nevertheless, in that [text] he thinks  
 that goodness expresses entity insofar as it is perfective of  
 something else or insofar as it is ordered to the perfection  
 10R of something else rather than that it has some perfection in  
 itself. I shall talk about this sense below.

This opinion can also be explained in a different way: the  
 goodness of each thing is that perfection by which each thing

perfecta est: unde si sit ens simpliciter, erit in se  
 15 habens tantam perfectionem, ratione cuius in se  
 etiam erit quoddam bonum: si vero sit ens secun-  
 dum quid, seu entis ens, ut pars totius, vel accidens  
 subiecti, sic erit bonum illius, cuius est ens, et ra-  
 20 tione perfectionis entitativae, quam habet, dicitur  
 in se quoddam bonum: ea vero ratione, qua illa  
 perfectio, vel instituta est, vel apta ad perficiendum  
 aliud, dicitur bonum alterius. Unde, sicut acci-  
 dens eadem entitate est in se ens, et ens alterius,  
 25 ita eadem perfectione est in se, id est, intrinsece  
 quoddam bonum, et bonum alterius. Sic ergo recte  
 intelligitur et explicatur, bonitatem in unaquaque  
 re, nihil esse praeter uniuscuiusque perfectionem.

10. Probatio autem huius sententiae sic ex-  
 positae imprimis sumi potest ex dictis, a sufficienti  
 30 enumeratione: quia bonitas non est relatio ratio-  
 nis nec realis, neque absolutum quid additum enti:  
 nihil ergo aliud superest, quod esse possit nisi rei  
 perfectio. Deinde, quia bonum et perfectum idem  
 sunt, ut docet D. Thomas 1. p. q. 5. art. 1. 3. et  
 35 5. et infra declarabimus: ergo et bonitas et per-  
 fectio sunt idem: nam bonum et perfectum non  
 materialiter tantum, sed formaliter idem sunt: quia  
 unumquodque in tantum bonum est, in quantum  
 est perfectum. Denique hoc modo facile concipi et  
 40 declarari potest ratio bonitatis, et nulla ratio est,  
 quae cogat ad aliquid aliud addendum, neque quid  
 illud sit, facile potest explicari, vel intelligi, ergo  
 signum est in hoc consistere rationem bonitatis.

11. Sed licet haec sententia videatur per se fa-  
 45 cilis ac perspicua, et magna ex parte rem declaret,  
 non tamen omnino, et ideo aliquid aliud addere  
 oportet, propter duo. Primo, quia iuxta hanc expo-  
 sitionem, bonum non est passio entis realis, sed  
 essentia eius. Unde bonum et ens potius tamquam  
 50R

is perfect in its own entity. Hence, if it is a being *simpliciter*,  
 it will hold in itself such perfection by reason of which it will  
 in itself also be a kind of good. But if it is a being *secundum*  
*quid* or a being of a being, either as a part of a whole or as  
 an accident of a subject, then it will be the good of that for  
 which it is a being. By reason of the entitative perfection that  
 20R it has, it will be called a kind of good in itself. But by reason  
 of the fact that this perfection is either instituted for or apt  
 to perfect something else, it will be called good for another.  
 Hence, just as an accident by the same entity is a being in  
 itself and a being of another, so also by the same perfection  
 25R it is a kind of intrinsic good or good in itself and also the  
 good of another. In this way, then, it is rightly understood  
 and explained that the goodness in each thing is nothing  
 other than the perfection of each thing.

10. Moreover, the proof for this view explained in this  
 way can in the first place be taken from what was said by a  
 sufficient enumeration. For goodness is neither a relation,  
 whether conceptual or real, nor something absolute that is  
 added to being. Nothing, then, is left for it to be other than  
 the perfection of the thing. Furthermore, since the good  
 and the perfect are the same—as St. Thomas teaches in *ST*  
 Ia.5.1, 3, and 5, and as we will show below<sup>8</sup>—goodness and  
 perfection, therefore, are also the same. For the good and the  
 perfect are not only materially but also formally the same,  
 since any given thing is good to the same degree that it is  
 perfect. Finally, in this way the *ratio* of goodness can easily  
 be conceived and explained. And there is no reason that  
 compels adding anything further, nor can one easily explain  
 or understand what that would be. This is a sign, then, that  
 the *ratio* of goodness consists in this.

11. Yet, although this view may in itself seem easy and  
 perspicuous and may seem to explain the matter for the  
 most part, it does not, however, entirely [explain the matter]  
